



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelæ Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Cap. II. Moschouiae descriptio Geographica.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

TARTA-	PROVIN-	Obdora.
RIA	C I A E	Siberia.
MOS-	IV.	Lucomoria.
CHOVI-	POPVL I	Loppia.
TICA	III.	Samoiedæ.
	REGNA	Tingoësi.
	III.	Negais, NAGAIA.
LAPONIA		Casanum.
seu		Bulgaria.
LEPORIA		Astrachanum.
		Mouremanskoy.
		Terskoy.
		Bellamoreskoy.

CAPVT II.

Moschouiae descriptio Geographica.§. I. *Moscouiae Occidentalis Ducatus.*

Dvca-	MOSCHOVIA: <i>Moschou</i> , totius Imperij caput ad Fl. Moschuam <i>Mosqui</i> , vbi recipit Iayusam, amplissima ciuitas, vbi domus ligneæ, viæ non stratæ, quare omnes valde lutulentæ. Hortos habet ingentes, sicut & Principis Palatium. A Tartaris Precopensibus præcedente sæculo deflagravit. Hic numquam pestis, sed eius loco morbus quem <i>Ognyo</i> , hoc est ignitum appellant.
T V S	Troitza: <i>Troitz</i> , vbi celebre Monasterium 400. Monachorum.
Mos-	Slabodia, seu Slaboda Alexandri: <i>Slabod</i> , vbi Typographia Principis.
CHO-	Mitroua: <i>Dimitroff</i> , seu <i>Dimitriouu</i> , ad Fl. <i>Iachroma</i> , vbi mercibus diues ob fluuorum confluentias.
VIEN-	
SIS	
Duché de Mof- chou.	DUCATVS VOLODIMIRIA: <i>Vladimir</i> , seu <i>Vlodimir</i> , sita in agro fertili, olim Russiae Metropolis, à Volodimo Duce conditore, ad Ioannem usque filium Da-
VOLODIMI- RIENSIS	

Duché de Ve-	Danielis, qui sedem Moschouiam transstulit.
lodimir.	Alluitur Fl. <i>Clesma</i> .
D. NOVOGARDIAE INFERIORIS de Nouogrod la basse ou petite.	NOVOGARDIA Inferior cognominata: <i>la basse Novogrod</i> , seu <i>Nis Nougrod</i> , quæ vox paruam sonat, Germanis <i>Nisen Neugarten</i> , hoc est <i>Nonus Hortus</i> . Hanc suis titulis Dux accenset. Sita est ad fluvios Volgam & Occam, habetque arcem scopulo impositam à Ioanne Basilide. <i>Sura</i> , castrum ad Fl. cognominem.
DVC. REZANENSIS	RESANIA: <i>Rezan</i> , ad Fl. Occam, à quâ non procul format Insulam <i>Strup</i> : ibi olim Ducatus.
Duché de Rezan,	Colluga: <i>Colluz</i> , in quâ quotannis præsidium contra Turcas & Tartaros locari solet, castrum habet ad Fl. Occam.
vbi nascitur Fl. Tanais.	Odoiouia: <i>Odious</i> , castrum vbi <i>Tulla</i> & <i>Vppa</i> iunguntur Occæ. <i>Tulla</i> , vbi castrum firmissimum ad Tullam & Vppam. <i>Corsira</i> , ad Fl. Occam.
D. VOROTINENSIS Duché de Vorotin.	Vorotinum, seu FROTINVM: <i>Vorotin</i> , vrbs cum castro ad Occam tribus millibus à Colluga, vrbs Episcopalis.
DVCA. TVS	NOVOGARDIA Seueriæ: <i>Nonogrod Seuerieski</i> , seu <i>Nonogrodek</i> , olim sedes sui Principis. Eius tamen titulo Dux gloriatetur.
D I - T I O -	Duché de Seuerieski.
N I S	Cernigouia: <i>Czernigou</i> , arce instructa.
L I -	Branskauia: <i>Branski</i> , ad quam sylua maxima.
THVA -	Potiuolum: <i>Petiuol</i> , arx & ciuitas lignea.
NICÆ	SMOLENCIVM: <i>Smolensko</i> , de quo in Lithuania. Mosaïskum: <i>Mosaisko</i> , castrum & oppidulum ligneum, vbi Princeps excipit Polonos, & Suecos oratores.
	<i>Myesma</i> , castrum ad Fl. cognominem. <i>Drohobus</i> , castrum luculètum, & munitum.

Parall. Geogr. Tom. II.

Gg

D. RESKO-	Reskouia: <i>Reschouu</i> , cum arce ligneâ ad Volgam Fl.
VIENSIS	Wolocza: <i>Volock</i> , venatione Principis celebrata, & leporibus candidis.
Duché de Reschouu.	Vielkylucia: <i>Vielikyluchi</i> , arx & magna ciuitas in limite Lithuaniae.
D. TVVE-	TVVERA: <i>Tuuer</i> , cuius sibi titulum Dux usurpat,
RENSIS	vbi & peculiaris moneta cuditur, quæ valore æquat Moschouiticam.
Duché de Tuner.	Tersakum: <i>Tersak</i> , ex parte; nam altera Nouogrodiensi subiecta est.
D. BIELE-	BIELOZERA: <i>Bieleiezioro</i> , hoc est lacus albus, arx
IEZIORO	& ciuitas munitissima, in qua Dux urgente bello se recipit, & thesauros abdit. Huic vicinus lacus cui sulphur supernatat, quod in eum fluiolus infert.
D. IAROSLA-	IAROSLAVIA: <i>Iaroslauu</i> , ciuitas ampla cum arce
VIÆ, Duché	ad Volgam Fl. titulis Ducis adscribi solita dictio.
de Iaroslauu.	
D. ROS-	ROSTHOVIA, aliis Rosciuia, <i>Roschouu</i> : hoc est vrbs
THOVIAE	mancipiorum, quoniam absentibus dominis hic serui duxere eorum coniuges, & tantum flagellis superati sunt: Archiepiscopali sede clara est, ut vult Possevius.
Duché de Rosthouu.	Chlopigordia: <i>Chlopigorod</i> , nundinis suis celebatur.
	Vglitia: <i>Vglitz</i> , ciuitas cum castro.
	Pereflauia: <i>Pereflau</i> , non longè à lacu vbi sal coquitur.
D. SVSDA-	Susdalia: <i>Susdal</i> , seu <i>Susdaël</i> , Episcopali sede inclyta.
LIENSIS	Castronomugorod, vrbs castro communita.
Duché de Susdal.	Galitia: <i>Galicz</i> , vnde & Prouinciae nomen, ad quam sal excoquitur. In hoc tractu nulla itinerum vestigia, sed noua inuenienda sunt.

§. 2. Moschouïæ Occidentalis Principatus.

PRINCI- PATVS	NOVO- GARDIÆ MAGNÆ	Novogardia Magna: <i>la grande Nouogrod, Novgorod Veliki</i> indigenis, <i>Neugarten Germanis</i> . Olim Respublica potentissima, sed ortâ ciuili dissensione, & adhibito Duce arbitro, eam hic sibi vindicauit, ad Fl. Volkouam sita est, qui ex Ilmeno lacu <i>Ilmen</i> profluens postea cadit in Ladogam lacum maximum. De Idolo hîc culto omnes Geographi loquuntur, qui ex fulmine Iupiter agnoscitur.
<i>la Principau- té de Nouo- grod lagran- de.</i>		Russa: <i>Russ</i> , oppidum cultissimum, quod fluuius falsus præter fluit, ex quo sal excoquitur.
P. BIEL- KIÆ, Prince. <i>de Bayelski.</i>		Ioannopolis: <i>Iuanonugorod</i> , sic dicta à Ioanne Basilide ad ripam Neruæ, è regione Neruæ vrbis. <i>Iamma</i> , castrum ad Plissæ Fluuij ostia.
PRINCIP. PSKOV- VIENSIS <i>Principauté de Pskoun.</i>	BIELA, & Bielkia: <i>Bielsk</i> , seu <i>Bayelski</i> , & <i>Bielou</i> , à Lithuanis ad Moschos defecit, & hunc Princatum suis titulis Magnus Dux ascribit.	
	Pskovia <i>Pskouu</i> , olim sui iuris ditio, occupata à Basilide sub initium præcedentis sæculi proditione Sacerdotum: Tetrapolis est, & singulæ ex quatuor vrbibus suo muro clauduntur. Olim Respub. potens, & suæ libertatis amans.	

§. 3. Moschouïæ Occidentalis Prouincia.

PROVIN- CIA VOLOGDA <i>Pays de Volog- da.</i>	VOLOGDA, ciuitas cum arce munitissimâ inter paludes ad Fl. Vagam. In eam thesauri sui partem Dux transfert vrgente bello. Tota Regio aut syluestris, aut paludibus interscissa, indigenæ panis vsum ignorant.
PROV. CAR- POLIA <i>Pays de Kargapol.</i>	Kargapol, ad lacum vnde Fl. Onega profluit: hæc Prouincia ad lacum Album extenditur, sed admodum deserta est.

G g ij

PRO. D VI-	<i>Duina</i> , ciuitas à Fl. vt & Prouincia nomen habet, qui sic dicitur à concursu Fl. Iuch, & Suchanæ, <i>Duina</i> enim Ruthenicè <i>Binos</i> sonat. Hic obli- mat agros ad instar Nili.
N A,	
<i>le Pays de Dui- na.</i>	
PROV. CO- RELIA	<i>Colmogora</i> , castrum.
<i>la Corellie.</i>	<i>Pinega</i> , in <i>Duinæ</i> ostio.

Ex parte ad Moskum pertinet, ex parte ad Sue-
cū. Adeam speßtabat Insula S O L O W K I , vbi est
monasterium quod fæminæ nūquam subeunt
sine grauissimā multā. Hic sal excoquitur.

§. 4. Moschouiae Orientalis Provinciæ.

REGIO VSTIV.	<i>V STIVGA</i> : <i>Vstiong</i> , ad Fl. Suchanam condita olim, vbi <i>Ing</i> Fluuium recipiebat, vnde & nomen habuit, <i>GA</i> quasi <i>Iugi</i> ostium; sed propter opportunitatem ad <i>Vstiong</i> .
<i>VIAT- KA</i>	
REGIO <i>Viatzki.</i>	<i>VIATKA</i> à Fluuio cui insidet nomen accepit; castrum habet satis munitum. Regio sterilior, & paludosa, olim Tartatis subiecta.
	<i>Slaboda</i> : <i>slounod</i> , ad prædictum Fl. <i>Chilinoua</i> : <i>Chlinoua</i> , & <i>Orlouia</i> <i>Orlouu</i> , ad eundem Fluum,
PERMIA <i>Permiski</i> , seu <i>Perins- ki.</i>	<i>PERMIA</i> : <i>Permiski</i> , ad Fl. Vischoram. Hic panem tarò gustant indigenæ; vtuntur vehiculis quæ canes aut cerui albi trahunt, niue terras obdu- cente.
	<i>IVGRA</i> : <i>Iugorski</i> . Ad Oceanum Septentrionalem incolæ dicti <i>Iugri</i> , & <i>Iugrici</i> , qui etiamnum ytuntur eodem ferè cum Hungaris idiomate, & gloriantur Moschi per suos populos tantùm terroris allatum esse toti Europæ.
PET- ZO-	<i>Regio ad Oceanum Glacialem</i> sic nominata à Fl. Pet- zora, qui ad castrum <i>Pusteziero</i> sex magnis ostiis in mare cadit.
	<i>Papinouogordia</i> : <i>Papinoungorod</i> , ad Fl. Petzoram, ca- strum munitum.

- R A Montes Kameni-Poyas, seu vt Gaguinus scribit *Ziemnoi-Poyas*, olim Riphæi, quorum vertex sine germine adeò eminet, vt viri missi à Moscho 17. dies consumserint, nec peruererint ad cacumen.
- Pet-
zorski.
- CON-
DO-
RA Aliter Condoria, tota syluis obsita, & fluminibus male coërcitis stagnans. Indigenæ proprio vtuntur idioma-
te, & colunt auream Anum, de qua in Obdoriâ di-
cetur.
Condore

§. 5. *Moschouiae Orientalis Populi.*

CEREMISSI discreti in Cis-VOLGANOS, & TRANS-VOLGANOS. Hi dicuntur NACORNOY, hoc est *Montosi*, extenduntur enim ad montes, qui Riphæi montes Ptolemæi videtur: illi LON-GOVVOR, hoc est *Fænosī*, quoniam pratis abundant & armentis.

Habitant in syluis, aut sub pelli- bus, & peculiari loquuntur idio- mate. Mahumetum colunt omnes, carminibus addictissimi. Ar- cum numquam deponunt, seu viri, seu fæminæ, neque priùs hic puer cibum accipit, quam il- lum sagittâ percusserit. Gagui- nus his adnectit MORDOVOTES & VACHINES, sed qui sint isti Russi nesciunt.

MORDVA à Nouogor- dia inferiore, versus Orientem & Meridiem.

Cultiores sunt & in pagis degunt, atque agros colunt: quidam ex iis Mahumeti sectâ infecti sunt, alij idola venerantur. Mulieres passis semper crinibus incedunt. Ducem sibi præficiunt qui Moschum agnoscit, sed ei nihil tributi pensitat nisi fortè aliquod honorarium. Semper feram in naso vulnerant ut pellem integrum habeant, certissimi enim sagittarij, & numquam aberran- tes.

C A P V T III.

Tartaria Moschouitica.

A CCURATIVS de Tartaris in Asiâ dicemus, ad quam plerique omnes pertinent, vbi & ista diligenterius, & maiori cum otio

Gg iii